
CAPITULO XXVI.

ERECCION DE LA SANTA IGLESIA CATEDRAL DE MICHOCAN EN PATZCUARO: BULAS DE APROBACION DE LOS PAPAS PAULO III Y JULIO II PARA LA TRASLACION DE LA IGLESIA DE TZINTZUNTZAN A PATZCUARO: MUERTE DEL SEÑOR JULIO II: ELECCION DEL PAPA MARCELO II, QUE DURÓ POCO, Y ELECCION DEL PAPA PAULO IV.

En este mismo año de 54, volvió el venerable señor Quiroga de España, según el cómputo del licenciado Moreno, escritor de la Vida de este insigne prelado, quien sigue, conforme á su juiciosa crítica, más bien á lo que dejó escrito en un manuscrito en lengua tarasca un indio contemporáneo á los sucesos del siglo XVI, que al padre Florencia, por concordar sus anécdotas á la cronología de nuestras historias. Dice este indio, llegando á tratar de los acaecimientos del año

de 1547: *En este año se fué el obispo Quiroga á Castilla, y en el de 54: El obispo Quiroga vino en este año de Castilla.* Trajo consigo un número competente de eclesiásticos versados en letras, y dignos por su mérito de ocupar las prebendas de su iglesia catedral, cuya ereccion no habia podido concluir, así por no haber copia de elérgicos, como por no haberse tomado aún el arreglo necesario sobre los frutos y diezmos de su obispado, y á otros colocó en los beneficios curales; de modo que mediante su cuidadosa solitud, se vieron florecer en su vasta diócesis las virtudes y las ciencias verdaderas de unos celosos ministros de la Iglesia santa de Dios. Restituido á su capital Pátzcuaro, fué recibido de todos sus habitantes con el mayor júbilo y con demostraciones de la más sincera gratitud, pues ya sabian cuánto habia trabajado en la Corte para agenciar á esa ciudad, capital de la Provincia de Michoacan, el título y privilegio de armas; beneficio que sirvió de fundamento en varios pleitos que ha tenido con la ciudad de Valladolid Guayangareo, para probar que es la antigua ciudad de Michoacan. Es verdad que Pátzcuaro, por el año de 40, tenia el título de ciudad principal (que se habia despachado desde el año de 1534 á Tzintzuntzan como tal ciudad de Michoacan); pero como nada se habia ejecutado en orden á la formali-

zacion de su cabildo hasta que vino el señor Quiroga de España y la trajo este privilegio de armas (blason de la piedad y atencion de los Reyes á sus crecidos servicios), llegó á creerse casi generalmente que este ilustrísimo señor trajo en esta ocasion titulo de ciudad á Pátzcuaro, y algunos autores así lo asientan con bien débil fundamento, como se descubre si se atiende á las datas de las Cédulas, y á la serie cronológica de los sucesos respectivos á este reino de Michoacan. A más de los muchos privilegios que alcanzó en su estada en la Corte para sus hospitales, como llevo dicho, y hizo valer luego que se regresó á su capital Pátzcuaro, su primera atencion fué el hacer la ereccion de su iglesia catedral conforme el plan de la de México, y en virtud de las facultades del señor Paulo III y del Breve del señor Julio III en que aprobó así la traslacion de la iglesia de Tzintzuntzan á Pátzcuaro, como la mutacion del titular de la iglesia, que ántes era el de San Francisco y despues el del Salvador: para evitar confusiones, por ser la iglesia que habia en dicha ciudad consagrada á nuestro seráfico Padre, erigió en ciudad á Pátzcuaro, y en parroquia á la misma catedral. He visto el único ejemplar original manuscrito de esta ereccion en el Archivo de la iglesia de Valladolid, é impreso en la delicada obra del erudito escritor de la Vida

del venerable señor Quiroga; y no obstante que por razones bien fundadas lo extiende en ella para que con el discurso del tiempo no se pierda instrumento tan apreciable, y pudiera bastar para satisfacer la curiosidad de los lectores, si tienen oportunidad de haber á las manos la obra referida, me ha parecido, por el mismo motivo y para la claridad de mi Historia, no deber omitir ni dejar de poner aquí el tenor de esta ereccion, que en su original latino dice así:

« Vascus de Quiroga, Dei optimi, et apostoli-
 « cæ Sedis munere Episcopus, et servus Ecclesiæ
 « civitatis Michoacan, cuius sub Christi Evange-
 « lio æterno militanti gratia, et pax à Deo Patre,
 « et ejus consubstantiali unigenito filio, pacis
 « authores, qui, sui divini corporis effuso cruore,
 « donavit nobis omnia delicta, delens quod ad-
 « versus nos erat chirographum decreti, quod
 « erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio,
 « effigens illud cruci, pacificans per sanguinem
 « crucis ejus, sivè quæ in terris, sivè quæ in cœ-
 « lis sunt. Placuit divinæ voluntati Hyspaniarum
 « Regnis adèo celebres pacificare heroes, qui
 « nedum enses, ac moles, qui illorum victorias
 « sequuntur, è medio effugarent, verùm sui pa-
 « trimonii, et vitæ prodigi facti, remotissimas, et
 « incognitas penetrarent regiones, ac idolatræ
 « monstro inde sublato, Evangelium vitæ, cru-

« cis vexillo hinc, indè triumphante, christiano-
 « rum magna stipante caterva, plandente, reli-
 « gione christiana, magnis auspiciis lætè, diffu-
 « sèque plantarent. Hi sunt serenissima Regina
 « Ioanna, ac illius genitus invictissimus Carolus
 « maximus, Imperator semper augustus, rei se-
 « cularis ex Dei electione solus, et indubitatus
 « monarcha, castellæ, et Hyspaniæ Reges Ca-
 « tholici, quorum cura circa hoc potissimè ver-
 « satur, ut omnes gentes eandem orthodoxano
 « profiteantur fidem, et universus orbis ad unius
 « veri Dei cultum redigatur, fiatque unum ovile,
 « et unus Pastor, atque juxta Beatissimi Pauli
 « oraculum, unum corpus, unus spiritus, una
 « spes, unus Dominus, una fides, unum Baptis-
 « ma, unus Deus, et Pater omnium, qui super
 « omnes, et per omnia, et in omnibus nobis à cun-
 « ctis uniformitèr proclametur. Ob hoc quippè
 « innumeratas rates, carinas, atque triremes
 « Scyllæ, Charybdi, ac aliis compluribus cœrulei
 « maris angustiis exposuere; ob hoc sanè ineffa-
 « biles suorum Regnarum thesauros, quasi ma-
 « nu undequaque perfossa, per abrutas, et incul-
 « tas oras, etiam nec assem mundani lucri indè
 « sperantes, herculeo illo suo animo sæpissimè,
 « et affatim projecerunt, attentè iter, vel cunti-
 « bus, vel redeuntibus multis nominibus infaus-
 « tum, millo tamen infelicius, quam quod plu-

« riès christiani nominis augmentum non conti-
 « gebat, ac pene duplicabat molestiam, quod
 « gentem illam experirentur omninò adversam,
 « et inductilem cujus utilitati potissimum tan-
 « tum laboris desudabatur. Ob hoc res utiquè
 « lucidissima est, selectos viros quamplurimos,
 « nedum in arte militari, verumetiam in omni
 « generis eruditione, et pietate ad barbaros, et
 « ferè bestialitèr viventes homines destinarunt.
 « Alteros quidem, qui illos suo Regali sceptro
 « submitterent alteros veræ, qui sacra Dei Tem-
 « pla ædificarent, et ad sincèram fidei veritatem
 « radiis veræ theologiæ illuminatos illos redige-
 « rent, et immaculatam, quam ædificarent Ec-
 « clesiam (si fortè diabolico instinctu misceretur)
 « à foeda barbarici appellatione vindicarunt. Pers-
 « piciebat nimirum Regia prudentia id, quod ve-
 « rissimum est, non mediocriter ad christianæ
 « religionis ornamentum fàcere, ne quod omninò
 « cariàtur, aut legàtur in templis, quod non gra-
 « vissimo, doctissimo cuique placere que at, hoc
 « est, quod non ex Divinis Libris haustum sit aut
 « certè à viris eximiis profectum. Demùm tanta
 « solertia, tan ingenti cura, et augusta opera hujus
 « rei studio infatigabili christiani nominis sumpta
 « provincia annis non paucis inudarunt, ut illis
 « in locis, in quibus ab incognitis seculis Asta-
 « roth, Bel, Baal, Dagon, et reliquæ Barathricæ

« ferinæ spurcitiae colebantur, jam non nisi Divi-
 « nūm nomen sacri hymni, hyposthaticæ laudes,
 « virginei cantus, Divorum Panegirici, Martyrum
 « sanguis, virginum puritas, Ecclesiæ Dogmata,
 « et Pontificia jura, hinc, indè rēsonent, atque
 « tripudiant. Loquantur ipsa opera, testantur res
 « quendam prophanæ, blasphemiae, et Dæmo-
 « num nominibus plenæ Regionēs, mine verò
 « Insulæ Christianæ, et oppida fœlicissima Chris-
 « to, ac gloriæ militiæ dicata. Hujus fœlicitatis
 « participes sunt Cumanà præclarum flumen,
 « Venetia minor, Sancta Martha, nomen Dei,
 « Darienum, Panamá, Indica Carthago, Nicara-
 « gua, Profunda loca, Perutum, Iucatanum,
 « Cozimellum, flumen Palmarum, Hispanica
 « Insula, Fernandina, Margarita, Jamayca, et
 « Sanct Ioannis, ac alia quam plurima loca, quæ-
 « dam à fluminibus, quædam verò à Ducum illa
 « conquistantium genealogiis nomina trahentia,
 « quæ adèo divini cultus schematè fulgent exu-
 « berantissimis templis, ac Monachorum cænobiis
 « hinc, inde constructis, et verè de illis respectu
 « nostri divinum iudicium jam verificatur: *erunt*
 « *novissimi primi et primi novissimi*. Hoc ve-
 « rò ingens divini amoris incendium, piūssimo-
 « rum horum Regem studio factum est, quibus
 « taliter favet Divina clementia, ut non solūm
 « sceptro cunctos nostri ævi Reges antecedent,

« verūm pietate præcipua fidem christianam præ-
 « cunctis ampliaverint; qua propter mihi magis
 « interea libet illis mentem istam Regibus dig-
 « nam, quàm fortunam quamlibet amplam gra-
 « tulari: jò fœlicem Christi populum, si passim
 « contingat tales esse Principes, quibus Christi
 « gloria mihi sit antiquius, qui totum regium or-
 « natum moribus, et vita referant, quibus etiam
 « si sceptrum detrahas, tamen Reges christianos
 « agnoscas, in quibus sanè fortuna, quam anti-
 « quitas cœcam faciebat, oculata videtur, qui
 « generis sui longè clarissima schemata merum
 « suorum ornamentis illustrant, regiam dignita-
 « tem vitæ integritate conduplicant, imperiali
 « aquilæ nescio quid Majestatis additum videtur,
 « postquam hi, similes non habentes Principes,
 « totius orbis monarchiam teneant! Quid supe-
 « rest, nisi ut Christum optimum, maximum que
 « comprecemur, ut istam mentem illis, illos verò
 « nobis quàm distissimè servet incolumes, ad
 « tantamque exuberantiam (ut ad rem breviter
 « veniamus) horum Principum devenit clemen-
 « tia, ut Michuacanam provinciam, inter omnes
 « regiæ ditiani submissas, præcipuam in terra
 « firma, quam novam Hispaniam nuncupamus,
 « situatam, non solūm à barbarico illo cultu,
 « Christi fide undequaque amplissimè evangeli-
 « zata, mundaverint, verūm ut ordo hyerarchi-

« cus, quam Romana tenet Ecclesia, in illa ob-
 « servetur, apostolico super hoc implorato con-
 « sensu, Episcopatum, cathedrale Templum, ac
 « Parochiales Ecclesias, dignitates, ac canonica-
 « tus, prebendas, beneficia, et cætera hujusmodi
 « erigere in ipsa, construere, ædificare, et fun-
 « dare omninò (regio super hoc habito consilio)
 « decreverint, atque utrem effectui comendarent,
 « me inutilem, et omninò ad tantæ rei executio-
 « nem inhabilem (cum apud illos non deessent
 « plurimi qui, mea sententia, cumulatè valerent
 « suis sanctissimis votis satisfacere) de tribunali-
 « bus ad sacerdotiis gubernacula rapuerunt me-
 « rito peccatorum meorum, qui remum tenere
 « non moram, et in primum civitatis michuáca-
 « nensis nominarunt, et alegerunt Episcopum;
 « itaque factum est, ut prius docere inciperem,
 « quàm discere, ut de se querebatur pater Am-
 « brosius, necnon Augustinus. Quarum piæ peti-
 « tioni, et electioni sanctissimus Dominus noster
 « Papa Paulus hujus nominis tertius, paternali
 « affectu (ut par est) condescendens, Apostolicas
 « litteras per manus regias nobis suppeditandas
 « solerti cura destinavit, quas quidem litteras in
 « membramine, more Romano, conscriptas,
 « Apostolico plumbo infilis Sericeis, rubei, cro-
 « ceique coloris pendente, sanas, integras, non
 « vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua sui

« parte suspectas, sed omni prorsus vitio, et sus-
 « ceptione carentes, is, qui regium agebat nego-
 « tium, coram magno cœto, in præcipuo templi
 « sacro loco, Sancti Spiritus invocato favore, no-
 « bis præsentavit, quas quidem; ea, qua decuit,
 « reverentia, et submissione susceptimus, et le-
 « gimus. Series verò ærum, brevisque sanctissi-
 « mi Domini nostri, fœlicis recordationis Iuli Pa-
 « pæ tertii, postea obtenti, super translatione,
 « et mutatione ejusdem cathedralis Ecclesiæ,
 « ejusque invocatione, de verbo ad verbum, est
 « quæ sequitur.

« Paulus Episcopus, servus servorum Dei ad
 « perpetuam rei memoriam. Illius fulciti præsi-
 « dio, cujus sunt terræ cardinis, et cui cogita-
 « tiones hominum præparantur, ac cujus provi-
 « dentia ordinationem suscipiunt universa, partes
 « officii nobis de super commisi ad ea libentè
 « interponimus, per quæ singulis in tenebris
 « constitutis, ut ad verum lumen, quod est Chis-
 « tus, pervenire possint, lucis radii resplendeant.
 « Undè in singulis locis, prout illorum necessi-
 « tas, et aliæ rationabiles causæ id exigunt, no-
 « vas Episcopales sedes, Ecclesias que pro ex-
 « cellenti Sedis Apostolicæ præenminencia plan-
 « tamus; ut per novas plantationes, nova popu-
 « lorum adhæsió militanti Ecclesiæ accrescat,
 « religionis christianæ, et catholicæ fidei profes-

« sio ubique consurgat, delatetur, et floreat, at-
 « que loca etiam humilia illustrentur, et eorum-
 « dem locorum incolæ, et habitatores novarum
 « sedium, et honorabilium præsulum assistentia
 « circumfulti, auctore Domino, fælicitatis æter-
 « næ præmia facilius valeant adipisci. Sanè, cum
 « inter cæteras provincias in insulis indiarum,
 « superioribus annis, a suspiciis charissimi in
 « Christo filii nostri caroli, Romani Imperatoris
 « semper augusti, qui etiam Castellæ, et legio-
 « nis, atque Aragonum Rex existit, novitè re-
 « pertis, sit una Michoacani nuncupata, cujus
 « incolæ Divinæ Legis expertes existunt, et in
 « qua plures Indii christiani habitant; ac idem
 « Carolus, Imperator, et Rex pio affectu deside-
 « ret in dicta provincia Michuacani, ejus tempo-
 « rali jurisdictioni subjecta, illus gloriosissimi
 « nominis cultum, cujus est orbis terrarum, et
 « plenitudo ejus, ac universi, qui habitant in eo,
 « ampliari, et ejus incolas præfatos ad lucem ve-
 « ritatis perducere, animarumque salutem pro-
 « pagari, atque propterea oppidum Michuacanus
 « nuncupatum, in eadem provincia situm, in quo
 « una Ecclesia sub invocatione sancti Francisci,
 « cathedralem Ecclesiam erigi. Nos habita su-
 « per his cum fratribus nostris deliberatione ma-
 « tura, de illorum consilio, præfato Carole Im-
 « peratore super hoc nobis humiliter supplican-

« te, ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam,
 « ac ejus gloriosissimæ Genitricis Virginis Mariæ,
 « totiusque Curie Cœlestis honorem, et fidei catho-
 « licæ exaltationem, oppidum prædictum, in civi-
 « tatem, quæ *Michuacanus* nuncupatur, et illius
 « Ecclesiam hujusmodi in cathedralem Ecclesiam
 « sub eadem invocatione, pro uno Episcopo *Mi-
 « choacani* nuncupando, qui illi præsit, atque
 « illius ædificia ampliari, et ad formam cathe-
 « dralis Ecclesiæ redigi procuret, et faciat, nec-
 « non in ea, illiusque civitate, et Diocesi verbum
 « Dei prædicet, ac eorum incolas infideles ad
 « ipsius orthodoxæ fidei cultum convertat, ad
 « conversus in eadem fidei instruat, confirmet,
 « eisque baptismi gratiam impendat, et tam illi
 « sic conversis, quàm aliis omnibus fidelibus in
 « civitate, et Diocesi hujusmodi pro tempore
 « degentibus, et ad eas declinantibus, sacramen-
 « ta ecclesiastica, et alia spiritualia ministret, et
 « ministrari faciat, et procuret: necnon in Eccle-
 « sia, et civitate, at Diocesi prædictis Episcopa-
 « lem jurisdictionem, auctoritatem, et potesta-
 « tem liberè exercere valeat, ac dignitates, et
 « canonicatus, et præbendas, aliaque beneficia
 « ecclesiastica cum cura, et sine cura erigat, et
 « instituat, et alia spiritualia conferat, et semi-
 « net, prout divini cultus augmento, et ipsorum
 « incolarum animarum saluti expedire cognove-

« rit, et qui Archiepiscopo Hyspalensi, pro tèm-
 « pore existenti, jure Metropolitico subsit, ac ex
 « omnibus inibi provenientiibus (præter quàm ex
 « auro, et argento, et aliis metallis, gemmis, et
 « lapidibus prætiosis, quæ protèm-pore existenti-
 « bus Castellæ, et legionis regibus quod hoc li-
 « bera esse decernibus) Decimas, et primitias de
 « jure debitas, cæteraque Episcopalia jura, prou-
 « talii in Hyspania Episcopi de jure, vel consue-
 « tudine exigunt, et percipiunt, exigere, et per-
 « cipere liberè, et licità valeat, cum sede, et
 « mensa, ac aliis insigniis, et jurisdictionibus,
 « Episcopalibus, necnon privilegiis, immunitati-
 « bus, et gratiis, quibus aliæ cathedrales Eccle-
 « siæ, et illarum Præsules in Hyspania de jure,
 « vel consuetudine, utuntur, potiuntur et gau-
 « dent, ac uti, potiri, et guadè-re possunt quo-
 « modo libèt in futurum, auctoritate, et tenore
 « prædictis perpetuò erigimus, et instituimus, ac
 « eidem Ecclesiæ oppidum *Michoacani* præ-
 « dictum, sic per nos in civitatem erectum, pro
 « civitate, et parte provinciæ Michuacani, quam
 « ipse Carolus Imperator, et Rex, positis limiti-
 « bus, statuerit, et statui mandaverit pro Diœce-
 « si, illorumque incolas, et habitatores pro clero,
 « et populo concedimus, et assignamus; necnon
 « illius mensæ Episcopali prædictæ pro ejus do-
 « te redditus annuos ducentorum ducatorum au-

« ri, per ipsum Carolum Imperatorem et Regem,
 « ex redditibus annuis adeum in dicta provincia
 « spectantibus, assignandos, donec fructus ipsius
 « mensæ ad valorem Ducentorum ducatorum si-
 « milium ascendant annuatim, applicabimus, et
 « appropriabimus. Et insuper jus patronatus, et
 « præsentandi infra annuos, propter loci distan-
 « tiam, personas idoneas ad dictam Ecclesiam,
 « quotiàs illius vocatio, hac prima vice excepta,
 « pro tèm-pore occurrerit, Romano Pontifici pro
 « tèm-pore existenti, per eum in ejusdem Eccle-
 « siæ Episcopum, et Pastorem ad præsentationem
 « hujusmodi præficiendum, necnon ad dignita-
 « tes, canonicatus, et præbendas, ac beneficia
 « erigenda hujusmodi, tam ab eorum primæva
 « executione, post quàm erecta fuerint, quàm ex
 « tunc de inceptis pro tèm-pore vocatura Episcopo
 « Michoacan pro tèm-pore existenti, similiter per
 « cum ad præsentationem hujusmodi in ipsis
 « dignitatibus, canonicatibus, et præbendis, ac
 « beneficiis instituendis, præfato Carolo, et pro
 « tèm-pore existenti Castellæ, et legionis regi, de
 « simili consilio auctoritate, et tenore supradic-
 « tis in perpetuum concedimus, et assignamus.
 « Nulli ergo omninò hominum liceat hanc pà-
 « ginam nostræ erectionis, institutionis, conces-
 « sionum, assignationum, et Decreti infringere,
 « vel ei ausu temerario contraire; siquis autem

« hoc attentare præsumserit, indignationem om-
 « nipotentis Dei, et B. B. Patri, et Pauli, Apos-
 « tolorum ejus, se noverit incursum. Datum
 « Romæ apud Sanctum Marcum anno incarna-
 « tionis Domini millesimo, quingentesimo trige-
 « simosexto, sexto idus Augusti Pontificatus nos-
 « tri anno secundo. »

« Iulius Papa tertius ad perpetuam rei memo-
 « riam. Exponi nobis nupèr fecit charissimus in
 « Christo, filius noster Carolus Imperator Roma-
 « nus, semper augustus, qui etiam Hispaniarum
 « Rex Catholicus existit, quod alias venerabilis
 « frater Vasceus de Quiroga, Episcopus Michoa-
 « can, ob loci, ac situs indispositionem, Eccle-
 « siam cathedralem civitatis Michoacan, quæ in
 « partibus Indiarum Maris Oceani Novæ-Hyspa-
 « niæ consistit, et ab ejus primeva erectione sub
 « invocatione Sancti Francisci, et in alio loco
 « ejusdem civitatis auctoritate Apostolica erecta
 « fuerat, interveniente ad id ejusdem Caroli Im-
 « peratoris, ac Regis auctoritate, et consensu,
 « Ecclesiam ipsam jam à decem annis, et ultrà ad
 « alium locum, seu vicum ejusdem civitatis ap-
 « tiorem, et commodiorem *Pátzcuaro* nuncu-
 « patum, sua ordinaria auctoritate transtulit, et
 « cum in eadem civitate duæ Domus sub invo-
 « catione Sancti Francisci consistent, ne cum
 « eisdem Domibus ratione similis invocationis con-

« funderetur, sub invocatione Sancti Salvatoris
 « mutavit. Quare dictus Carolus Imperator, et
 « Rex nobis humiliter supplicavit, ut præmis-
 « sis pro illorum subsistentia firmiori, robur
 « nostræ confirmationis adjicere dignaremur.

« Nos hujusmodi supplicationibus inclinati,
 « translationem Ecclesiæ Cathedralis ad locum,
 « seu vicum de Patzcuaro, et mutationem invo-
 « cationis sub Sancti Salvatoris hujusmodi, ut
 « præmittitur, factas, eadem auctoritate Aposto-
 « lica tenore præsentium approbamus, et confir-
 « mamus, supplemus que omnes, et singulos tam
 « juris, quam facti defectus intervenerunt in eis-
 « dem, decernentes illa perpetæ, et inconcussæ
 « firmitatis robur obtineri, et ab omnibus invio-
 « labilitèr observari debere, non obstantibus præ-
 « missis, ac constitutionibus, et ordinationibus
 « Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in Litteres
 « erectionis ejusdem Ecclesiæ expressum est non
 « obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.
 « Datæ Romæ apud sanctum Petrum sub anulo
 « Piscatoris die VIII. Julis anno Domini M. D. L.
 « Pontificatus nostri anno primo.

« Postquarum quidem litterarum Apostolica-
 « rum præsentationem, et receptionem nobis, et
 « per nos, ut prænuttitur, factas, fuimus pro parte
 « serenissimæ Domine Joannæ, et Caroli semper
 « augusti, ejusdem filis, Hispaniarum Regum